

## Introductio

### Dominica

Pater noster. Ave, Maria et Credo.

Deinde clara voce ter dicitur :

V. Dómine, lábia mea apéries

R. Et os meum annuntiábit laudem tuam

**Mox sequitur Psalmus 3**

**D**ómine, quid multiplicáti sunt qui *tribulant* me ? \*  
 Multi insúrgunt adversum me ;  
 Multi dicunt *ánimæ meæ* : \* Non est salus ipsi in Deo ejus.  
 Tu autem Dómine, *suscéptor meus* es, \* glória mea, et exáltans caput meum.  
 Voce mea ad Dóminum *clamávi* ; \* et exaudívit me de monte sancto suo.  
 Ego dormívi, et *soporátus*

sum ; \* et exsurréxi, quia Dóminus suscépit me.  
 Non timébo millia pópuli *circumdántis* me. \* Exsúrge, Dómine ; salvum me fac, Deus meus.  
 Quóniam tu percussísti omnes adversátes mihi *sine causa* ; \* dentes peccatórum contrivísti.  
 Dómini est salus ; \* et super pópulum tuum benedíctio tua.  
 Glória.

### Invitatorium

VI f




**S**urré- xit Dómi-nus ve-re, \* Al- le- lú- ia.

Repetitur: Surrexit.


### Psalmus 94

IV\* c




**V** E-ní-te, exsultémus Dómino, jubi- lému-s De- o sa-lu-  
 tá- ri nostro : præ-occupémus fá-ci- em e-jus in confessi- ó- ne

## Introductio




et in psalmis ju-bi-lémus e- i.

**Surrexit.**




Quó-ni- am De-us magnus Dó-minus, et Rex magnus su-per omnes



de- os : quóni- am non re-pél-let Dómi-nus plebem su- am : qui-




a in manu e- jus sunt omnes fi- nes ter-ræ, et al-ti-túdines mó-




ti- um ipse cónspi-cit.

\* Alleluia.




Quó-ni- am ipsí- us est ma-re et i-pse fe-cit illud, et á- ri-dam fun-




davé-runt ma-nus e- jus. Vení- te, ado-rémus et pro-cidámus an-te


## Introductio



De- um, plo-rémus co-ram Dómino qui fe-cit nos qui- a ipse est Dó-




mi-nus De- us no-ster, nos autem pópu-lus e-jus et oves páscu- æ




e- jus.


**Surrexit.**




Hó- di- e si vocem e-jus au-di- é- ri-tis : « No-lí-te ob-durá-re cor-



da vestra, sicut in exa-cer-ba-ti- ó-ne secúndum di- em tenta-ti-




ónis in de-sérto, u-bi tentavé-runt me patres vestri, probavé-runt




et vidé-runt ó-pe-ra me- a.

\* Alleluia.

## Introductio




Quadra-gínta annis pró-ximus fu- i gene-ra-ti- ó-ni hu- ic, et di-



xi : semper hi errant cor-de. Ip-si ve-ro non cognovérunt vi- as




me- as quibus ju-rá vi in i- ra me- a : Si intro- íbunt in réqui- em



me- am. »


**Surrexit.**



Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Sic-ut e-rat in



princípi- o, et nunc et semper, et in sæ-cula sæcu-ló-rum. A-



men.

\* Alleluia.

*Cantores:* Surrexit Dominus vere.

*Chorus:* Alleluia.

## Introductio

### Hymnus

I  
**R** Ex sempi-térne, Dómi-ne, re-rum cre- á-tor ómni- um

Qui e-ras ante sácu-la Semper cum Patre Fí-li- us :


**Q**Ui mundi in primórди- o Adam plasmásti hóminem:

Cu- i tu-æ imá-gi- ni Vul-tum dedísti sími-lem :


**Q**Em diábo-lus decé-pe-rat, Hostis humá-ni gé-neris:

Cu-jus tu formam córpo-ris Assúme-re digná-tus es :

**U**T hómi- nem red-ímeres, Quem ante jam plasmáveras



## Introductio



Et nos De-o conjúngeres Per carnis contubérni- um:

Q


uem é-di-tum ex Vírgi-ne Pavéscit omnis áнима :



Per quem et nos resúrgere, De-vóta mente cré-dimus :

Q


Ui nobis in baptismá-te Donásti indul-génti- am,



Qui tene-bámur víncu-lis Li- gá-ti consci- énti- æ :

Q

Ui cru-cem propter hómi-nem Suscí-pe-re digná-tus es:



Dedísti tuum Sánguinem, Nostræ salú-tis pré-ti- um.

## Introductio

Q

Uæsumus, Auctor ómni- um, In hoc Paschá-li gáudi- o,

Ab omni mortis ímpetu Tu- um defénde pópu-lum.

G

Lóri- a ti-bi, Dómi- ne, Qui surre-xísti a mórtu- is,

Cum Patre et Sancto Spí- ri-tu In sempi-térna sáecu-la. Amen.

In primo nocturno

*IN PRIMO NOCTURNO*

Lc 24, 5

1Ant

V a

A



**Psalmus 20.**

**D**ómine, in virtúte tua lætábi-  
**tur** rex, \* et super salutáre  
tuum exsultábit **veheménter**.

**2** Desidérium cordis ejus tribuísti  
ei, \* et voluntáte labiórum ejus  
non fraudásti eum.

**3** Quóniam prævenísti eum in  
benedictiónibus dulcéedinis ; \*  
posuísti in cápite ejus corónam  
de lápide **pretioso**.

**4** Vitam pétiit **a** te, \* et tribuísti  
ei longitúdinem diérum, in  
sáculum, et in sáculum sáculi.

**5** Magna est glória ejus in salutári  
tuo ; \* glóriam et magnum  
decórem impónes **super** eum.

**6** Quóniam dabis eum in benedictiónem  
in sáculum sáculi ; \*  
lætificábis eum in gáudio cum  
**vultu tuo**.

**7** Quóniam rex sperat in **Dómi-**  
no, \* et in misericórdia Altíssimi  
non **commovébitur**.

**8** Inveniátur manus tua ómnibus  
inimícis **tuis** ; \* déxtera tua invé-

niat omnes qui **te** odérunt.

**9** Pones eos ut clíbanum ignis in  
témpore vultus tui :† Dóminus in  
ira sua conturbábit eos, \* et de-  
vorábit eos **ignis**.

**10** Fructum eórum de terra  
perdes, \* et semen eórum a **filiis**  
**hóminum**,

**11** Quóniam declinavérunt in te  
**mala** ; \* cogitavérunt consília  
quæ non potuérunt **stabilíre**.

**12** Quóniam pones eos **dor-**  
sum ; \* in reliquiis tuis præ-  
parábis **vultum** eórum.

**13** Exaltáre, Dómine, in virtúte  
tua ; \* cantábimus et psallémus  
virtútes tuas.

**Psalmus 21**

**D**eus, Deus meus, réspice in  
me :† quare me dereli-  
quísti ? \* longe a salúte mea ver-  
ba delictórum meórum.

**2** Deus meus, clamábo per diem,  
et non exáudies ; \* et nocte, et  
non ad insipiéntiam mihi.

**3** Tu autem in sancto **hábitas**, \* laus **Israël**.  
**4** In te speravérunt patres **no-**stri ; \* speravérunt, et liberásti eos.  
**5** Ad te clamavérunt, et salvi **fac-**ti sunt ; \* in te speravérunt, et non **sunt confúsi**.  
**6** Ego autem sum vermis, et non **homo** ; \* opprórium hóminum, et abjectio **plebis**.  
**7** Omnes vidéntes me derisérunt me ; \* locúti sunt lábiis, et mové-runt **caput**.  
**8** Sperávit in Dómino, erípiat eum : \* salvum fáciat eum, quóniam vult eum.  
**9** Quóniam tu es qui extraxísti me de **ventre**, \* spes mea ab ubé-ribus **matris meæ**.  
**10** In te projéctus sum ex úte-ro ; † de ventre matris meæ Deus meus **es tu** : \* ne discésseris **a** me,  
**11** Quóniam tribulátio **próxima** est, \* quóniam non **est** qui **ádu-**vet.  
**12** Circumdedérunt me vítuli **multi** ; \* tauri pingues **obsedé-**runt me.  
**13** Aperiérunt super me os suum, \* sicut leo rápiens et rúgiens.  
**14** Sicut aqua effúsus sum, \* et dispérsa sunt ómnia **ossa mea** :  
**15** Factum est cor meum tamquam cera **liquéscens** \* in médio **ventris mei**.

**16** Aruit tamquam testa virtus mea, † et lingua mea adhésit fáucibus **meis** : \* et in púlverem mortis **deduxísti** me.  
**17** Quóniam circumdedérunt me canes **multi** ; \* concílium malignántium obsédit me.  
**18** Fodérunt manus meas et pedes **meos** ; \* dinumeravérunt ómnia **ossa mea**.  
**19** Ipsi vero consideravérunt et inspexérunt me. † Divisérunt sibi vestiménta **mea**, \* et super vestem meam misérunt **sortem**.  
**20** Tu autem, Dómine, ne elongáveris auxílium tuum **a** me ; \* ad defensiónem **meam** cónspicie.  
**21** Erue a frámea, Deus, ánimam **meam**, \* et de manu canis **únicam meam**.  
**22** Salva me ex ore leónis, \* et a córnibus unicórniū humilitátem **meam**.  
**23** Narrábo nomen tuum frátribus **meis** ; \* in médio ecclésiæ laudábo te.  
**24** Qui timétis Dóminum, laudáte eum ; \* univérsum semen Jacob, glorificáte eum.  
**25** Tímeat eum omne semen **Israël**, \* quóniam non sprevit, neque despéxit deprecationem páuperis,  
**26** Nec avértit fáciem suam **a** me : \* et cum clamárem ad eum, exaudívit me.  
**27** Apud te laus mea in ecclésia

**magna ; \* vota mea reddam in conspéctu timéntium eum.**

**28** Edent páuperes, et saturabúntur, † et laudábunt Dóminum qui requírunt eum : \* vivent corda eórum in sæculum sæculi.

**29** Reminiscéntur et converténtur ad Dóminum \* univérsi fines terræ ;

**30** Et adorábunt in conspéctu ejus \* univérsæ familiæ géntium :

**31** Quóniam Dómini est regnum, \* et ipse dominábitur géntium.

**32** Manducavérunt et adoravérunt omnes pingues terræ ; \* in conspéctu ejus cadent omnes qui descendunt in terram.

**33** Et ánima mea illi vivet ; \* et semen meum sérviet ipsi.

**34** Annuntiábitur Dómino generátio ventúra ; † et annuntiábunt cæli justítiam ejus pôpulo qui nascétur, \* quem fecit Dóminus.

### Psalmus 22

**D**óminus regit me, et nihil mihi déerit : \* in loco páscuæ, ibi me collocávit.

**2** Super aquam refectionis educávit me ; \* ániam meam convértit.

**3** Dedúxit me super sémitas justitiæ \* propter nomen suum.

**4** Nam etsi ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala, \* quóniam tu mecum es.

**5** Virga tua, et báculus tuus, \* ipsa me consoláta sunt.

**6** Parásti in conspéctu meo mensam \* advérsus eos qui tríbulant me ;

**7** Impinguásti in óleo caput meum : \* et calix meus inébrians, quam præclárus est !

**8** Et misericórdia tua subsequétur me \* ómnibus diébus vitæ meæ ;

**9** Et ut inhábitem in domo Dómini \* in longitúdinem diérum.

### Psalmus 23

**D**ómini est terra, et plenitúdo ejus ; \* orbis terrárum, et univérsi qui hábitant in eo.

**2** Quia ipse super mária fundávit eum, \* et super flúmina præparávit eum.

**3** Quis ascéndet in montem Dómini ? \* aut quis stabit in loco sancto ejus ?

**4** Innocens mánibus et mundo corde, † qui non accépit in vano ániam suam, \* nec jurávit in dolo próximo suo :

**5** Hic accípiet benedictiónem a Dómino, \* et misericórdiam a Deo salutári suo.

**6** Hæc est generátio quæréntium eum, \* quæréntium fáciem Dei Jacob.

**7** Attóllite portas, príncipes, vestras, † et elevámini, portæ æternáles, \* et introíbit rex glóriæ.

**8** Quis est iste rex glóriæ ? † Dóminus fortis et potens, \*

Dóminus potens in prælio.

**9** Attóllite portas, príncipes, vestras, † et elevámini, portæ æternáles, \* et introíbit rex glóriæ.

**10** Quis est iste rex glóriæ ? \* Dóminus virtútum ipse est rex glóriæ.

**Psalmus 24**

**A**d te, Dómine, levávi ánimam meam : \* Deus meus, in te confido ; non erubéscam.

**2** Neque irrídeant me inimíci mei : \* étenim univérsi qui sústinent te, non confundéntur.

**3** Confundántur omnes iníqua agéntes \* supervácue.

**4** Vias tuas, Dómine, demónstra mihi, \* et sémitas tuas édoce me.

**5** Dírige me in veritáte tua, et doce me, \* quia tu es Deus salvátor meus, et te sustínui tota die.

**6** Reminiscere miseratiónum tuárum, Dómine, \* et misericordiárum tuárum quæ a sáculo sunt.

**7** Delícta juventútis meæ, \* et ignorántias meas, ne memíneris.

**8** Secúndum misericórdiam tuam meménto mei tu, \* propter bonitátem tuam, Dómine.

**9** Dulcis et rectus Dóminus ; \* propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.

**10** Díriget mansuétos in judício ; \* docébit mites vias suas.

**11** Univérsæ viæ Dómini, misericórdia et véritas, \* requiréntibus testaméntum ejus et testimónia ejus.

**12** Propter nomen tuum, Dómine, propitiáberis peccáto meo ; \* multum est enim.

**13** Quis est homo qui timet Dóminum ? \* legem státuit ei in via quam elégit.

**14** Anima ejus in bonis demorábitur, \* et semen ejus hæreditábit terram.

**15** Firmaméntum est Dóminus timéntibus eum ; \* et testaméntum ipsíus ut manifestéetur illis.

**16** Oculi mei semper ad Dóminum, \* quóniam ipse evéllet de láqueo pedes meos.

**17** Réspice in me, et miserére mei, \* quia únicus et pauper sum ego.

**18** Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ sunt : \* de necessitáti bus meis érue me.

**19** Vide humilitátem meam et labórem meum, \* et dimítte univérsa delícta mea.

**20** Réspice inimícos meos, quóniam multiplicáti sunt, \* et ódio iníquo odérunt me.

**21** Custódi ánimam meam, et érue me : \* non erubéscam, quóniam sperávi in te.

**22** Innocéntes et recti adhæsérunt mihi, \* quia sustínui te.

**23** Líbera, Deus, Israël \* ex ómnibus tribulatióníbus suis.

**Psalmus 25**

**J**údica me, Dómine, quóniam ego in innocéntia mea ingrés-sus sum, \* et in Dómino sperans non infirmábor.

**2** Proba me, Dómine, et tenta me ; \* ure renes meos et cor meum.

**3** Quóniam misericórdia tua ante óculos meos est, \* et complácui in veritáte tua.

**4** Non sedi cum concílio vanitatis, \* et cum iníqua geréntibus non introíbo.

**5** Odívi ecclésiam malignán-tium, \* et cum ímpiis **non** sedé-bo.

**6** Lavábo inter innocéntes manus meas, \* et circúmdabo altáre

**tuum, Dómine :**

**7** Ut áudiam vocem laudis, \* et enárrem univérsa mirabília tua.


**8** Dómine, diléxi decórem domus tuæ, \* et locum habitatiónis glóriæ tuæ.

**9** Ne perdas cum ímpiis, Deus, ániam meam, \* et cum viris sanguinum vitam meam :

**10** In quorum mánibus ini-quítates sunt ; \* déxtera eórum repléta est munéribus.

**11** Ego autem in innocéntia mea ingréssus sum ; \* rédime me, et miseré mei.

**12** Pes meus stetit in dirécto ; \* in ecclésiis benedíciam te, Dómine.



Alle-lú- ia, la-pis revo-lú-tus est, alle- lú- ia, ab hósti-



monuménti, alle-lú- ia, alle- lú- ia.

**V.** Surréxit Dóminus de sepúlchro, allelúia.

**R.** Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúia.

Pater noster **secreto usque ad**

**V.** Et ne nos indúcias in tentatióne-m.

**R.** Sed líbera nos a malo.

In primo nocturno

**Absolutio.**

**E**xáudi, Dómine Jesu Christe, preces servórum tuórum, † et miserére nobis: \* Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas in sǽcula sæculórum.

**R.** Amen.

**Lector:**

Jube, Dómne, benedícere.

**Præsidium chori:**

Benedictióne perpétua \* benedícat nos Pater aetérnus.

**R.** Amen.

Incipit liber Apocalýpsis beati Joánnis Apóstoli

**Lectio I**


**Cap. 1, 1-19**

**A**pocalýpsis Jesu Christi, quam dedit illi Deus, palam fácerem servis suis quæ opórtet fieri cito et significávit, mittens per Angelum suum servo suo Joánni, qui testimónium perhíbuit verbo Dei, et testimónium Jesu Christi, quæcúmque vidit. Beátus qui legit et audit verba prophétiæ hujus, et servat ea quæ in ea scripta sunt: tempus enim prope est. Joánnes septem ecclésiis quæ sunt in Asia. Grátia vobis et pax ab eo qui est; et qui erat, et qui ventúrus est; et a septem spirítibus qui in conspéctu throni ejus sunt; et a Jesu Christo, qui est testis fidélis, primogénitus mortuórum, et princeps regum terræ; qui diléxit nos, et lavit nos a peccátis nostris in Sánguine suo, et fecit nos regnum et sacerdótes Deo et Patri suo : ipsi gloria et impérium in sǽcula sæculórum.


**T**u autem Dómine, miserére nobis.

**R.** Deo grátias.

**Apc 5, 9 ¶. Idem**




**D**ignus es, Dómi- ne, accí- pe-re li- brum,




et ape- rí-re signá- cu-la e- jus, \* Quó-ni- am

In primo nocturno




occí-sus es, et red- e-mí- sti nos De- o in sán- guí-



ne tu- o, al- le- lú- ia.



¶. Par- ce, Dómi-ne, parce pó-pu-lo tu- o, quem red- emí-sti,



Christe, sán- guí- ne tu- o. \* Quóni- am.

**Lector:**

Jube, Dómne, benedícere.

**Præsidium chori:**

Unigénitus Dei Fílius \* nos benedícere et adjuváre dignétur.

**R.** Amen.

**Lectio II**

Ecce venit cum núbibus; et vidébit eum omnis óculus, et qui eum pupugérunt; et plangent se super eum omnes tribus terræ. Etiam : Amen. Ego sum Alpha et Omega, princípium et finis, dicit Dóminus Deus : qui est, et qui erat, et qui ventúrus est, Omnipotens. Ego Joánnes, frater vester, et párticeps in tribulatióne, et regno, et patiéntia in Christo Jesu, fui in ínsula quæ appellátur Patmos, propter verbum Dei et testimónium Jesu. Fui in spíritu in Domínica die, et audívi post me vocem magnam tamquam tubæ, dicéntis: Quod vides, scribe in libro, et mitte septem ecclésiis quæ sunt in Asia: Epheso, et Smyrnæ, et Pérgamo, et Thyatíræ, et Sardis, et Philadelphíæ, et Laodicíæ. Tu autem Dómine.

In primo nocturno

Sir 24, 23.26 ¶ Id., 18

R. III

**E** Go sic- ut vi- tis fruc-ti-fí- cá- vi su-

a- vi- tá- tem o-dó- ris, al- le-lú- ia. \* Transí- te ad

me, om- nes qui concupí-sci- tis me, et a ge-ne-

ra- ti- ó-ni-bus me- is ad-implé- mi- ni, al- le- lú-

ia, al- le-lú- ia. ¶ E- go di- ligéntes me dí- li-

go, et qui ma- ne vi- gi- lá- ve- rint ad me in- vé- ni-

ent me. \* Transí- te

In primo nocturno

Lector:

Jube, Dómne, benedícere.

Præsidium chori:

Spíritus Sancti grátia \* illúminet sensus et corda nostra.

R. Amen.

**Lectio III**

**E**t convérsus sum, ut vidérem vocem quæ loquebátur mecum; et convérsus vidi septem candelábra áurea, et medio septem candelabrum aureórum símilem Fílio hóminis, vestítum podére, et præcínctum ad mamíllas zona áurea; caput autem ejus et capílli erant cándidi tamquam lana alba et tamquam nix, et óculi ejus tamquam flamma ignis; et pedes ejus similes aurichálco, sicut in cámino ardénti; et vox illíus tamquam vox aquárum multárum.

Apc 19, 6; 12, 10 ¶ Id., 14, 6-7

R. VII

**A** Udí-vi vo-cem in cæ- lo tamquam vocem to-

ní-tru- i ma- gni, al- le- lú- ia : \* Regná- bit De- us

no-ster in æ-tér-num, al- le- lú- ia, qui- a facta est

sa- lus et vir-tus et pot- é- stas Chri-sti e-jus, al-le-lú-

The musical notation consists of four staves of Gregorian chant in common time, using square neumes on a four-line staff. The first staff begins with a large red capital 'A'. The text 'Udí-vi' is on the first staff, 'vo-cem in' on the second, 'cæ- lo' on the third, and 'tamquam vocem to-' on the fourth. The second staff begins with 'ní-tru-' followed by 'i ma- gni'. The third staff begins with 'al- le- lú- ia : \* Regná- bit De- us'. The fourth staff begins with 'no-ster' followed by 'in æ-tér-num'. The fifth staff begins with 'sa- lus et vir-tus' followed by 'et pot- é- stas Chri-sti e-jus'. The sixth staff concludes with 'alleluia'.

In primo nocturno

ia, alle- lú- ia. ¶ Vi- di ánge-lum De- i vo-  
lántem per mé-di- um cæ- lum, vo- ce magna clamántem, et  
di- céni- tem : \* Regná- bit

Lector:

Jube, Dómne, benedícere.

Præsidium chori:

In unitáte Sancti Spíritus \* benedícat nos Pater et Fílius.

R. Amen.

**Lectio IV**

**E**t habébat in déxtera sua stellas septem; et de ore ejus gládium utraque parte acútus exíbat; et fácies ejus sicut sol lucet in virtúte sua. Et cum vidísssem eum, cécidi ad pedes ejus tamquam mórtuus. Et posuit déxteram suam super me, dicens : Noli timére : ego sum primus et novíssimus, et vivus, et fui mórtuus, et ecce sum vivens in sǽcula sǽculórum, et hábeo claves mortis et inférni. Scribe ergo quæ vidísti, et quæ sunt, et quæ opórtet fieri post hæc.

Apc 21, 14 ¶ 21, 2

R. VII  
**V** I- di por- tam ci- vi- tá- tis ad O-ri- én-

In primo nocturno

tem pósito tam, et aposto lórum nómi-na et A-

gni super e- am scrip- ta, \* Et super muros e- jus

ange- ló- rum custó- di- am, al- le-

lú- ia. ¶ Vi- di ci-vi-tá-tem sanctam Jerú-sa-lem descen-

déntem de cæ- lo, or- ná- tam tamquam sponsam vi- ro

su- o. \* Et super mu-ros. ¶ Gló- ri- a Pa-tri, et Fí-

li- o, et Spi-rí- tu- i Sanc- to \* Et super.

In secundo nocturno

*IN SECUNDO NOCTURNO*

Lc 24, 5

2Ant  
V a

A Lle-lú- ia, quem quæ-ris mú-li- er, al-le-lú- ia, vi-véntem  
cum mórtu- is, alle- lú- ia, al-le- lú- ia. Eu o u a e

**Psalmus 26**

**D**óminus illuminátio mea et  
**s**alus **mea** : \* **quem** timé-  
bo ?

**2** Dóminus protéctor vitæ  
**meæ** : \* a quo trepidábo ?

**3** Dum apprópiant super me no-  
céntes \* ut edant **carnes** **meas**,

**4** Qui tríbulant me inimíci **mei**, \*  
ipxi infirmáti sunt et **cecidérunt**.

**5** Si consístant advérsum me **ca-**  
**stra**, \* non timébit cor **meum** ;

**6** Si exsúrgat advérsum me  
**prælium**, \* in hoc ego sperábo.

**7** Unam pétii a Dómino, hanc re-  
quíram, \* ut inhábitem in domo  
Dómini ómnibus diébus vitæ  
**meæ** ;

**8** Ut vídeam voluptátem **Dómi-**  
**ni**, \* et vísitem **templum** ejus.

**9** Quóniam abscóndit me in ta-  
bernáculo **suo** ; \* in die malórum  
protéxit me in abscóndito ta-  
bernáculi **sui**.

**10** In petra exaltávit me, \* et  
nunc exaltávit caput meum super

inimícos **meos**.

**11** Circuívi, et immolávi in ta-  
bernáculo ejus hóstiam vocifera-  
tiónis ; \* cantábo, et psalmum  
dicam **Dómino**.

**12** Exáudi, Dómine, vocem  
meam, qua clamávi **ad** te ; \* mi-  
serére mei, **et exáudi** me.

**13** Tibi dixit cor meum : Ex-  
quisívit te fácies **mea** ; \* fáciem  
tuam, Dómine, requíram.

**14** Ne avértas fáciem tuam **a**  
me ; \* ne declínes in ira a **servo**  
**tuo**.

**15** Adjútor meus **esto** ; \* ne de-  
relínquas me, neque despícias  
me, Deus salutáris **meus**.

**16** Quóniam pater meus et mater  
mea dereliquérunt me ; \* Dómi-  
nus autem assúmpsit me.

**17** Legem pone mihi, Dómine, in  
via **tua**, \* et dírige me in sémitam  
rectam, propter inimícos **meos**.

**18** Ne tradíderis me in áimas  
tribulántium me, † quóniam in-  
surrexérunt in me testes iníqui, \*

et mentita est iniquitas sibi.

**19** Credo videre bona Dómini \* in terra vivéntium.

**20** Expécta Dóminum, viríliter age : \* et confortétur cor tuum, et sústine Dóminum.

**Psalmus 27**

**A**d te, Dómine, clamábo ; Deus meus, ne síleas a me †: nequando táceas a me, \* et assimilábor descendéntibus in lacum.

**2** Exáudi, Dómine, vocem deprecationis meæ dum oro ad te ; \* dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.

**3** Ne simul trahas me cum peccatóribus, \* et cum operántibus iniquitátem ne perdas me ;

**4** Qui loquúntur pacem cum próximo suo, \* mala autem in córdibus eórum.

**5** Da illis secúndum ópera eórum, \* et secúndum nequítiam adinventiόnum ipsórum.

**6** Secúndum ópera mánuum eórum tríbue illis ; \* redde retributióñem eórum ipsis.

**7** Quóniam non intellexérunt ópera Dómini, † et in ópera mánuum ejus déstrues illos, \* et non aedificábis eos.

**8** Benedíctus Dóminus, \* quóniam exaudívit vocem deprecationis meæ.

**9** Dóminus adjútor meus et protéctor meus ; \* in ipso sperávit cor meum, et adjútus sum :

**10** Et reflóruit caro mea, \* et ex voluntáte mea confitébor ei.

**11** Dóminus fortitúdo plebis suæ, \* et protéctor salvatiónum Christi sui est.

**12** Salvum fac pópulum tuum, Dómine, et bénedic hæreditati tuæ ; \* et rege eos, et extólle illos usque in æténum.

**Psalmus 28**

**A**fférte Dómino, filii Dei, \* afférte Dómino filios aríetum.

**2** Afférte Dómino glóriam et honórem ; † afférte Dómino glóriam nómini ejus ; \* adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

**3** Vox Dómini super aquas ; † Deus majestatis intónuit : \* Dóminus super aquas multas.

**4** Vox Dómini in virtúte ; \* vox Dómini in magnificéntia.

**5** Vox Dómini confringéntis cedros, \* et confrínget Dóminus cedros Líbani :

**6** Et commínuet eas, tamquam vítulum Líbani ; \* et diléctus quemádmodum filius unicórniū.

**7** Vox Dómini intercidéntis flammam ignis ; † vox Dómini concutiéntis desértum : \* et commovébit Dóminus desértum Cades.

**8** Vox Dómini præparántis cervos : et revelábit condénsa, \* et in templo ejus omnes dicent glóriam.

**9** Dóminus dilúvium inhabitáre facit, \* et sedébit Dóminus rex in æténum.

**10** Dóminus virtútem pôpulo suo dabit ; \* Dóminus benedícet pôpulo suo in pace.

**Psalmus 29**

**E**xaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti me, \* nec delectásti inimícos meos super me.

**2** Dómine Deus meus, clamávi ad te, \* et sanásti me.

**3** Dómine, eduxísti ab inférno ánimam meam ; \* salvásti me a descendéntibus in lacum.

**4** Psállite Dómino, sancti ejus ; \* et confitémini memoriæ sanctitatis ejus.

**5** Quóniam ira in indignatióne ejus, \* et vita in voluntáte ejus :

**6** Ad vésperum demorábitur fletus, \* et ad matutínūm létitia.

**7** Ego autem dixi in abundántia mea : \* Non movébor in æténum.

**8** Dómine, in voluntáte tua, \* præstítisti decóri meo virtútem .

**9** Avertísti fáciem tuam a me, \* et factus sum conturbátus.

**10** Ad te, Dómine, clamábo, \* et ad Deum meum deprecábor.

**11** Quæ utílitas in sanguine meo, \* dum descéndo in corruptiónen ?

**12** Numquid confitébitur tibi pulvis, \* aut annuntiábit veritátem tuam ?

**13** Audívit Dóminus, et misértus

est **mei** ; \* Dóminus factus est adjútor **meus**.

**14** Convertísti planctum meum in gáudium **mihi** ; \* conscidísti sacrum meum, et circumdedísti **me** létitia :

**15** Ut cantet tibi glória mea, et non compúngar. \* Dómine Deus meus, in æténum confitébor tibi.

**Psalmus 30**

**I**n te, Dómine, sperávi ; non confúndar in æténum : \* in justitia tua líbera me.

**2** Inclína ad me aurem **tuam** ; \* accélera ut éruas me.

**3** Esto mihi in Deum protectórem, et in domum refúgii, \* ut salvum me fáciás :

**4** Quóniam fortitúdo mea et refúgium meum es tu ; \* et propter nomen tuum dedúces me et enútries me.

**5** Edúces me de láqueo hoc quem abscondérunt **mihi**, \* quóniam tu es protéctor **meus**.

**6** In manus tuas comméndo spíritum **meum** ; \* redemísti me, Dómine Deus veritátis.

**7** Odísti observántes vanitátes \* supervácue ;

**8** Ego autem in Dómino sperávi ; \* Exsultábo, et létabor in misericórdia tua,

**9** Quóniam respexísti humilitátem meam ; \* salvásti de necessitatibus ánimam meam.

**10** Nec conclusísti me in mánibus inimíci : \* statuísti in loco spa-

tioso pedes meos.

**11** Miserére mei, Dómine, quóniam tríbular ; † conturbátus est in ira óculus meus, \* ánima mea, et venter meus.

**12** Quóniam defécit in dolóre vita mea, \* et anni mei in gemítibus.

**13** Infirmáta est in paupertáte virtus mea, \* et ossa mea conturbáta sunt.

**14** Super omnes inimícos meos factus sum opprórium, et vicínis meis valde, \* et timor notis meis ;

**15** Qui vidébant me foras fugérunt a me ; \* oblivíoni datus sum, tamquam mórtuus a corde ;

**16** Factus sum tamquam vas pérditum : \* quóniam audívi vituperatióne multórum commorántium in circúitu.

**17** In eo dum convenírent simul advérsus me, \* accípere ániam meam consiliáti sunt.

**18** Ego autem in te sperávi, Dómine ; † dixi : Deus meus es tu ; \* in mánibus tuis sortes meæ .

**19** Eripe me de manu inimicórum meórum, \* et a persequéntibus me.

**20** Illústra fáciem tuam super servum tuum ; † salvum me fac in misericórdia tua : \* Dómine, non confúndar, quóniam invocávi te.

**21** Erubéscant ímpii, et deducántur in inférnum ; \* muta

fiant lábia dolósa.

**22** Quæ loquúntur advérsus justum iniquitátem, \* in supérbia, et in abusióne.

**23** Quam magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine, \* quam abscondísti timéntibus te ;

**24** Perfecísti eis qui sperant in te, \* in conspéctu filiórum hóminum !

**25** Abscónedes eos in abscóndito faciéi tuæ, \* a conturbatióne hóminum ;

**26** Próteges eos in tabernáculo tuo, \* a contradiccióne lingúarum.

**27** Benedíctus Dóminus, \* quóniam mirificávit misericórdiam suam mihi in civitáte muníta.

**28** Ego autem dixi in excéssu mentis meæ : \* Projéctus sum a fácie oculórum tuórum .

**29** Ideo exaudísti vocem orationis meæ, \* dum clamárem ad te.

**30** Dilígite Dóminum, omnes sancti ejus, † quóniam veritátem requíret Dóminus, \* et retríbuet abundánte faciéntibus supérbiam.

**31** Viríliter ágite, et confortétur cor vestrum, \* omnes qui sperátis in Dómino.

### Psalmus 31

**B**eáti quorum remíssæ sunt iniquitátes, \* et quorum tecum sunt peccáta.

**2** Beátus vir cui non imputávit

In secundo nocturno

Dóminus peccátum, \* nec est in spíritu ejus **dolus**.

**3** Quóniam tacui, inveteravérunt ossa **mea**, \* dum clamárem **tota die**.

**4** Quóniam die ac nocte graváta est super me manus **tua**, \* convérsus sum in ærúmna mea, dum configitur **spina**.

**5** Delíctum meum cógnitum tibi feci, \* et injustíam meam **non abscóndi**.

**6** Dixi : Confitébor advérsum me injustíam meam **Dómino**; \* et tu remisísti impietátem peccáti **mei**.

**7** Pro hac orábit ad te omnis **sanctus** \* in témpore **opportúno**.

**8** Verúmtamen in dilúvio aquárum multárum, \* ad eum

non approximábunt.

**9** Tu es refúgium meum a tribulátióne quæ circúmdedit me ; \* exultátio mea, érue me a circumdántibus me.


**10** Intelléctum tibi dabo, et ínstruam te in via hac qua gradiéris ; \* firmábo super te óculos meos.

**11** Nolíte fieri sicut equus et **mu-lus**, \* quibus non est intelléctus.


**12** In camo et freno maxíllas eórum constrínge, \* qui non appróximant **ad te**.

**13** Multa flagélla peccatóris ; \* sperántem autem in Dómino misericórdia circúmdabit.

**14** Lætámini in Dómino, et exultáte, **justi**; \* et gloriámini, omnes **recti corde**.



Alle-lú- ia, quem quæris mū-li- er, al-le-lú- ia, vi-véntem



cum mórtu- is, alle-lú- ia, al-le- lú- ia.

**V.** Surréxit Dóminus vere, allelúa.

**R.** Et appáruit Simóni, allelúa.

Pater noster **secreto usque ad**

**V.** Et ne nos indúcás in tentatióne.

**R.** Sed líbera nos a malo.

In secundo nocturno

Absolutio.

**I**psíus píetas et misericórdia nos ádjuvet, \* Qui cum Patre et Spíritu  
Sancto vivis et regnas in sácula sæculórum.

R. Amen.

Lector:

Jube, Dómne, benedícere.

Præsidium chori:

Deus Pater omnípotens \* sit nobis propítius et clemens.

R. Amen.

Sermo sancti Augustíni Epíscopi

Lectio V

Sermo 242, cap. 1

**D**iébus his sanctis Resurrectíoni Dómini dedicátis, quantum donánte ipso póssumus, de carnis resurrectíone tractémus. Hæc enim est fides nostra, hoc donum in Dómini nostri Jesu Christi nobis carne promíssum est, et in ipso præcéssit exémplum. Voluit enim nobis, quod promísit in fine, non solum prænuntiáre, sed etiam demonstráre. Illi quidem qui tunc fuérunt, cum illum vidérent, et cum expavéscerent, et spíritum se vidére créderent, soliditaté corporis tenuérunt.

Apc 21, 9-10; Is 61, 10 ¶ Sir 32, 18

R. II

**L** Ocú-tus est ad me u- nus ex septem án- ge- lis,

di- cens : Ve- ni, os-téndam ti- bi no-vam nu- ptam, spon-

sam A- gni. \* Et vi- di Je-rú-sa- lem descendén-tem de cæ-lo,

In secundo nocturno

orná-tam mo-ní- li-bus su- is, al- le-lú-ia, al-le-lú-  
 ia, al- le- lú- ia. ¶ E- go di- li-géntes me dí-  
 li- go, et qui ma- ne vi- gi- lá-ve-rint ad me in- vé-ni-  
 ent me. \* Et vi- di.

Lector:

Jube, Dómne, benedícere.

Præsidium chori:

Christus perpétuæ \* det nobis gáudia vitæ.

R. Amen.

**Lectio VI**

**L**ocútus est enim non solum verbis ad aures eórum, sed étiam spécie ad óculos eórum: parúmque erat se præbérē cernéndum, nisi étiam offérret pertractándum atque palpándum. Ait enim: Quid turbáti estis, et cogitatiónes ascéndunt in cor vestrum ? Putavérunt enim se spíritum vidére. Quid turbáti estis, inquit, et cogitatiónes ascéndunt in cor vestrum? Vidéte manus meas et pedes meos; palpáte, et vidéte; quia spíritus ossa et carnem non habet, sicut me vidétis habére.

In secundo nocturno

Apc 14, 7 ¶ Id., 6

Rx. I

**A** Udí-vi voces in cæ- lo ange- ló-rum multó-  
 rum, di- cén- ti- um \* Timé- te Dó- mi-num et da- te cla-ri-  
 tá- tem il- li, et ad- o- rá- te e- um qui fe- cit cæ-lum et ter-  
 ram, ma- re et fontes aquá-rum, ; al- le- lú- ia, al-  
 le- lú- ia. ¶ Vi-di ánge-lum De- i vo-lántem per  
 mé- di- um cæ- li, vo-ce magna clamántem et di- cén-  
 tem. \* Timé- te Dó- mi- num.



In secundo nocturno

Lector:

Jube, Dómne, benedícere.

Præsidium chori:

Ignem sui amóris \* accéndat Deus in córdibus nostris.

R. Amen.

**Lectio VII**

**C**ontra istam evidéntiam disputábant hómines. Quid enim áliud fácerent hómines, qui ea quæ sunt hóminum sápiunt, quam sic disputáre de Deo contra Deum? Ille enim Deus est, isti hómines sunt; sed, Deus novit cogitatiónes hóminum quóniam vanæ sunt. In hómine carnáli tota régula intelligéndi est consuetúdo cernéndi. Quod solent vidére, credunt; quod non solent, non credunt. Præter consuetúdinem facit Deus mirácula, quia Deus est.

*Cf Ct 4, 11*

R. III

**V** E- ni- ens a Lí- ba-no quam pul- chra facta  
 es, al- le- lú- ia ; et o-dor ve-stimentórum e- jus \* Su-  
 per óm-ni- a a- ró- ma- ta, al- le- lú- ia, alle-  
 lú- ia. V. Speci- ó- sa fac-ta es et su- á- vis, in de-  
 lí- ci- is tu- is. \* Super óm-ni- a.

In secundo nocturno

Lector:

Jube, Dómne, benedícere.

**Præsidium chori:**

A cunctis vítiis et peccátis \* absólvat nos virtus sanctæ Trinitatis.

R. Amen.

**Lectio VIII**


**M**ajóra quidem mirácula sunt, tot quotídie hómines nasci qui non erant, quam paucos resurrexisse qui erant: et tamen ista mirácula non consideratióne comprehénsa sunt, sed assiduitáte viluérunt. Resurréxit Christus : absolúta est res. Corpus erat, caro erat pepéndit in cruce, emísit ánimam, pósita est caro in sepúlcro. Exhíbuit illam vivam qui vivébat in illa. Quare mirámur? quare non crédimus? Deus est qui fecit.

Apc 22, 1 ¶ Id., 14, 6


R. VII

**O** S-tén-dit mi-hi An- ge- lus fon-tem a- quæ  
 vi- vae, et di-xit ad me, al-le- lú- ia : \* Hic De- um  
 adó- ra, alle-lú- ia, al- le- lú- ia, al- le- lú- ia.  
 ¶ Vi- di ánge-lum De- i vo-lántem per mé-di- um cæ- li,  
 vo- ce magna clamántem, et di- cén- tem. \* Hic.

In secundo nocturno



¶ Gló- ri- a Pa-tri et Fí- li- o, et Spi-rí- tu- i



San- cto. \* Hic.


In tertio nocturno

*IN TERTIO NOCTURNO*

Mt 21, 9



**A** Lle-lú- ia, no- li fle-re, Ma-rí- a, alle-lú- ia: resurré-xit



Dóminus, al-le-lú- ia, al-le- lú- ia. Eu o u a e

*Canticum Isaiæ*

*Is 63, 1-5*

**Q**uis est iste, qui venit de Edom, \* tinctis véstibus de Bosra ?

**2** Iste formósus in stola sua, \* grádiens in multitúdine fortitúdini suæ ?

**3** Ego qui loquor justítiā, \* et propugnátor sum ad salvándum.

**4** Quare ergo rubrum est induméntum tuum, \* et vestiménta tua sicut calcántium in torculári ?

**5** Tórcular calcávi solus, \* et de géntibus non est vir mecum ;

**6** Calcávi eos in furóre meo, \* et conculcávi eos in ira mea :

**7** Et aspérsus est sanguis eórum super vestiménta mea, \* et ómnia induménta mea inquinávi.

**8** Dies enim ultiónis in corde meo ; \* annus redemptiōnis meæ venit.

**9** Circumspéxi, et non erat auxiliátor ; \* quæsívi, et non fuit qui adjuváret :

**10** Et salvávit mihi bráchium meum, \* et indignatio mea ipsa auxiliáta est mihi.

*Canticum Osæ*

*Oseæ 6, 1-6*

**V**eníte, et revertámur ad Dóminum, † quia ipse cepit, et sanábit nos ; \* percúiet, et curábit nos.

**2** Vivificábit nos post duos dies ; † in die tértia suscitábit nos, \* et vivémus in conspéctu ejus.

**3** Sciémus, sequemúrque \* ut cognoscámus Dóminum :

**4** Quasi dilúculum præparátus est egréssus ejus, \* et véniet quasi imber nobis temporáneus et serótinus terræ.

**5** Quid fáciam tibi, Éphraim ? quid fáciam tibi, Juda ? † misericórdia vestra quasi nubes matutína, \* et quasi ros mane pertránsiens.

**6** Propter hoc dolávi in prophé-tis ; † occídi eos in verbis oris mei : \* et judícia tua quasi lux

In tertio nocturno

egrediéntur.

**7** Quia misericórdiam vólui, et non sacrificíum ; \* et sciéntiam Dei plus quam holocáusta.

Canticum Sophoniæ

*Sophoniæ 3, 8-13*

**E**xspécta me, dicit Dóminus, in die resurrectiōnis meæ in futúrum : \* quia judícium meum ut cóngregem gentes, et colligam regna,

**2** Et effúndam super eos indignatiōnem meam, \* omnem iram furóris mei :

**3** In igne enim zeli mei \* devorábitur omnis terra.

**4** Quia tunc reddam pópolis lábium eléctum, † ut ínvocent omnes in nómine Dómini, \* et sérvant ei húmero uno.

**5** Ultra flúmina Æthiópiæ, inde súpplices mei ; \* filii dis-

persórum meórum déferent munus mihi.


**6** In die illa non confúnderis super cunctis adinventiōníbus tuis, \* quibus prævaricáta es in me,

**7** Quia tunc áuferam de médio tui magníloquos supérbiæ tuæ, \* et non adjícies exaltári amplius in monte sancto meo.


**8** Et derelínquam in médio tui pópulum páuperem et egénum : \* et sperábunt in nómine Dómini.

**9** Relíquiæ Israël non fácient iniquitátem, † nec loquéntur mendáciū, \* et non inveniétur in ore eórum lingua dolósa,

**10** Quóniam ipsi pascéntur, et accubábunt, \* et non erit qui extérreat.



Alle-lú- ia, no- li fle-re, Ma-rí- a, alle-lú- ia: resurré-xit



**V.** Gavísi sunt discípuli, allelúa.

**R.** Viso Dómino, allelúa.

Absolutio.

**A**vínculis peccatórum nostrórum \* absólvat nos omnípotens et misericors Dóminus.

**R.** Amen.

In tertio nocturno

Lector:

Jube, Dómne, benedícere.

Præsidium chori:

Evangélica lectio \* sit nobis salus et protéctio.

R<sup>g</sup>. Amen.

Lectio sancti Evangélii secúndum Joánnem

Lectio IX

Cap. 21.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Módicum, et jam non vidébitis me; et íterum módicum, et vidébitis me : quia vado ad Patrem. Et réliqua.

Homilia sancti Augustíni Epíscopi

Tractatus 101 in Joannem

**M**ódicum est hoc totum spátium, quo præsens pérvolat sǽculum. Unde dicit idem ipse Evangelista in epístola sua: Novíssima hora est. Ideo namque áddidit, Quia vado ad Patrem : quod ad priórem senténtiam referéndum est, ubi ait : Módicum, et jam non vidébitis me; non ad posteriórem, ubi ait: Et íterum módicum, et vidébitis me. Eúdo quippe ad Patrem, factúrus erat ut eum non vidérent.

*Cf 1 Par 13, 8 ¶ Ps 98, 6*

R<sup>g</sup>. VI

**D** E-cantá- bat pópu-lus in Is-ra- el, al- le- lú-

ia, et uni- vér- sa mul-ti-túdo Jacob cané- bat le- gí-

ti- me ; \* Et Da-vid cum cantó-ri- bus cítha-ram percu- ti- é-bat

In tertio nocturno

in domo Dó- mi- ni, et lau- des De- o ca-né- bat : al-  
le-lú- ia, al- le- lú- ia. ¶ Mó- y- ses et A-  
a- ron in sa- cerdó- ti-bus e- jus, et Sa-mu-el in-ter e-  
os.

\* Et David.

Lector:

Jube, Dómne, benedícere.

Præsidium chori:

Ille nos benedícat \* qui sine fine vivit et regnat.

R. Amen.

**Lectio X**

**A**c per hoc non ídeo dictum est, quia fúerat moritúrus, et donec resúrgeret ab eórum aspéctibus recessúrus; sed quod esset itúrus ad Patrem, quod fecit póstea quam resurréxit, et, cum eis per quadragínta dies conversátus, ascéndit in cælum. Illis ergo ait: Módicum, et jam non vidébitis me; qui eum corporáliter tunc vidébant: quia itúrus erat ad Patrem, et eum déinceps mortálem visúri non erant, qualem, cum ista loquerétur, vidébant.

Jo 16, 20 ¶ Id.


R. VIII

**T**ristí- ti- a ve- stra, alle-lú- ia, \* Conver- té-tur in

In tertio nocturno



góaudi- um, al- le-lú-ia, alle- lú- ia. ¶ Mundus



qui- dem gaudé- bit, vos autem contristabími-ni, sed tri- stí-



ti- a ve- stra. \* Conver- té-tur.

**Lector:**

Jube, Dómne, benedícere.

**Præsidium chori:**

Divínūm auxíliū \* máneat semper nobíscum.

R. Amen.

**Lectio XI**

**Q**uod vero áddidit: Et íterum módicum, et vidébitis me; univérsæ promísit Ecclésiæ, sicut univérsæ promísit, Ecce ego vobíscum sum usque ad consummatiōnem sáculi. Non tardat Dóminus promíssum. Módicum, et vidébimus eum : ubi jam nihil rogémus, nihil interrogémus, quia nihil desiderándum remanébit, nihil quæréndum latébit. Hoc módicum longum nobis vidétur, quóniam adhuc ágitur; cum finítum fúerit, tunc sentiémus quam módicum fúerit.

Tob 13, 22 ¶ Ps 147, 2



In tertio nocturno

ro mun- do, al- le- lú- ia, et cantá-bi-tur in  
 te cánti-cum læ-tí- ti- æ : al- le-lú- ia ; \* Et per om-  
 nes vicos tu- os ab u-ni-vér-sis di-cé- tur : al- le-lú-  
 ia, al- le- lú- ia. ¶ Quóni- am confortá-vit seras  
 portá- rum tu- á- rum, be-ne- dí-xit fí- li- is tu- is in  
 te. \* Et per omnes vi-cos.

**Lector:**

Jube, Dómne, benedícere.

**Præsidium chori:**

Ad societátem cívium supernórum \* perdúcat nos Rex Angelórum.

**R.** Amen.

**Lectio XII**

**N**on ergo sit gáudium nostrum quale habet mundus, de quo dictum est: Mundus autem gaudébit. Nec tamen in hujus desidérii parturitióne sine gáudio tristes simus; sed, sicut ait Apóstolus : Spe

In tertio nocturno

gaudéntes, in tribulatióne patiéntes : quia et ipsa partúriens, cui comparáti sumus, plus gaudet de mox futúra prole quam tristis est de præsénti dolore. Sed hujus sermónis iste sit finis; habent enim quæstiōnem molestíssimam, quæ sequúntur : nec brevitáte coarctánda sunt, ut possint commódius, si Dominus volúerit, explicári.

Apc 21, 2.18 ¶ Ps 44, 14

Rx. I


**V** I- di Je-ru-sa-lém descendéntem de cæ- lo, or-  
 ná- tam auro mun- do \* Et la-pí- di- bus pre- ti- ó- sis in-  
 téx- tam, alle- lú- ia, al- le-lú- ia. ¶ Ab intus  
 in fímbri- is áu-re- is, circumamícta va- ri- e- tá-  
 te. \* Et lapí- di- bus. ¶ Gló-ri- a Pa-tri, et Fí- li- o  
 et Spi-ri- tu- i Sanc- to. \* Et lapí- di- bus.

### In tertio nocturno


## Te Deum Hymnus. III et IV

**T** E De- um laudá-mus, \* te Dóminum confi- té- mur.  
Te æ-térnum Patrem omnis terra vene- rá- tur. Ti-bi om-  
nes Ange- li, ti-bi cæli et uni-vérsæ potestá- tes : Ti-bi  
Ché-rubim et Séraphim incessá-bi-li voce proclá- mant: Sanctus,  
Sanctus, Sanctus Dómi-nus De-us Sába- oth. Ple-ni sunt cæli et  
terra majestá-tis gló-ri- æ tu- æ. Te glori- ósus Apostoló-rum  
cho- rus, Te Prophe-tá-rum laudá-bi-lis núme-rus, Te Mártyrum


In tertio nocturno



candidá-tus laudat exérci- tus. Te per orbem terrárum sancta




confi- téatur Ecclé-si- a, Pa- trem imménsæ ma-jestá- tis; Ve-




ne-rándum tu- um ve-rum et ú-nicum Fí- li- um; Sanctum quoque




Pa-rácli-tum Spí-ri- tum. Tu Rex gló- ri- æ, Chri-ste. Tu Patris sem-



pi-tér-nus es Fí-li- us. Tu, ad libe- rándum susceptú-rus hómi-nem:



non horru- í-sti Vír-ginis ú-te-rum. Tu, devícto mortis acú-le- o, a-



pe-ru- í-sti credén-tibus regna cæ-ló- rum. Tu ad déx-teram De- i se-




des, in gló- ri- a Pa- tris. Judex créde- ris esse ventú- rus. Te ergo


In tertio nocturno



quásumus, tu- is fámu-lis súbve- ni, quos pre- ti-ó-so sángui-ne red-




emí- sti. Æ-térna fac cum Sanctis tu- is in gló-ri- a nume-



rá- ri. Salvum fac pópu-lum tu-um, Dómi-ne, et béne- dic




he-re-di-tá- ti tu- æ. Et re-ge e- os, et extól-le illos usque




in ætér- num. Per síngu-los di- es bene- dícimus te. Et laudá-mus



nomen tu-um in sáecu-lum, et in sáe- culum sáecu- li. Digná-re, Dó-




mi-ne, di- e isto sine peccá-to nos custodí- re. Mi-se-rére nostri,



Dómi- ne, mise- rére nostri. Fi- at mi-se-ri-cór-di- a tu- a, Dómi-

In tertio nocturno



mi-ne, su-per nos, quemádmodum sperá- vimus in te. In te, Dó-



mine, spe-rá- vi: non confún-dar in æ-tér- num.

**V.** Dóminus vobíscum

**R.** Et cum spíritu tuo.

**V.** Sequéntia sancti Evangélii secundum Joánnem.


**V.** Glória tibi, Dómine.

*Cap 16,16-22*

**I**n illo témpore : Módicum, et jam non vidébitis me ; et íterum módicum, et vidébitis me : quia vado ad Patrem. Dixérunt ergo ex discípulis ejus ad ínvicem : Quid est hoc quod dicit nobis : Módicum, et non vidébitis me ; et íterum módicum, et vidébitis me, et quia vado ad Patrem ? Dicébant ergo : Quid est hoc quod dicit : Módicum ? nescímus quid lóquitur. Cognóvit autem Jesus, quia volébant eum interrogáre, et dixit eis : De hoc quáeritis inter vos quia dixi : Módicum, et non vidébitis me ; et íterum módicum, et vidébitis me. Amen, amen dico vobis : quia plorábitis, et flébitis vos, mundus autem gaudébit ; vos autem contristabímini, sed tristítia vestra vertétur in gáudium. Múlier cum parit, tristítiam habet, quia venit hora ejus ; cum autem pepérerit púerum, jam non méminit pressúræ propter gáudium, quia natus est homo in mundum. Et vos ígitur nunc quidem tristítiam habé- tis, íterum autem vidébo vos, et gaudébit cor vestrum : et gáudium vestrum nemo tollet a vobis.

**R.** Amen.

*Hymnus*




**T** E Decet laus, Te Decet Hymnus, ti-bi gló-ri- a De-

In tertio nocturno



o Pa-tri et Fí- li- o, cum Sancto Spí- ri- tu, in sáe-cu-la sæ-cu-



ló- rum. A- men.

Orémus

**D**eus, qui errántibus, ut in viam possint redíre justítiae, veritátis tuæ lumen osténdis : \* da cunctis qui christiána professióne censéntur, et illa respúere, quæ huic inimíca sunt nómini ; et ea, qua sunt apta sectári. Per Dóminum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sácula sæculórum. **R**: Amen.

**V**: Dóminus vobíscum


**R**: Et cum Spíritu tuo.

*Cantor:*



Bene- di- cámus Dó- mino.

*Omnes:*



De-o grá- ti- as.

**V**: Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

**R**: Amen.

**V**: Divínum auxílium máneat semper nobiscum

**R**: Et cum frátribus nostris abséntibus. Amen.